uidi apud nobilem mulierē in arce Plemi-
nia agri cignei, qui aceto imiſſus moueba-
tur ſaltuatim, in rectum mox, & in girum.

De Allectorio.

¶ Allectorius cryſtallo ſimilis, fabæ in mo-
dū, in uentriculo gallinaceorum repertus
aptus ut dicunt pugnantibus, eo Milonem
Crotonienſem in certaminibus uſum tra-
dunt uictoremq; ſēper euaſiſſe. Milon por-
ro priſci Tarquinij tēporibus emicuit, cui
elogiū extat Victor ille omnium certami-
nū obiuit. Inſuper & mulieres placidas ui-
ris reddere aiunt. Cynodiæ inueniuntur in
capite piſcis, eiuſdem nominis candidæ &
oblonge, euentuq; mirandæ, ſi modo fides
eſt, pręſagire eas habitum maris colore ſuo
nubilo, aut tranquillitatem aſſerunt.

Milo Cr.

¶ De Margaritis.

¶ Dicamus & de Margaritis inter candi
cātes, q̄ in cādore pręcipuꝰ earꝫ uigor cōſi
ſtit. Oceanꝰ indicus has mittit, fertiliſſima
eſt Taprobane et Perinula īdię ꝓmontoriū,
etiā Britānicū littꝰ, quarꝫ ſpe Iuliꝰ Cęſar et
poſt eā Claudiꝰ ipſā iuaſere. Thoracē nāq;
quā diuꝰ Iulius Veneri genitrici in templis
eius dicauit, e britānicis margaritis factam
ſubiecta inſcriptione teſtatus eſt, Hodie &
in Germania pleriſq; in locis inueniunt̄, ſed
nobiliores

μαργαρί-
της